# Actus Sallustiani IIdi

## Interpellator.

O grandem! ô gravem errorem, quem genus humanum errat, quum
de Naturae imbecillitate, aevique brevitate conqueritur. Nam, quisquis omnia ad ju-
stam animi bilancem examinat, is neque majus aliud, neque praestabilius
reperit unumque ipsa bona Naturae. Sic igitur eam in parte errore, qui illi qui
ex causis intimatis putant, imbecillem hoc esse naturam aevique brevis, for-
teque potius quam virtute regi, hanc ex corpore tantum, parte scil. de-
teriore metiantur, quum sapientiores contra homines, qui eminentiores sunt na-
turum, ex animo potius, qui dux atque imperator vitae est mortalium,
qui si ad gloriam virtutis via contendimus, abunde pollens, potensque
et clarus est, eandem aestumet. Atque sic omnino animum cunctis praestare cor-
poris facultatibus, indeque haudquaquam fortunae egere, luce meridiana
clarius ex effectis hisce liquet. Certe si fortuna animi domina
esset, eadem probitatem, industriam, ceterasque bonas artes et daret
eripere posset. At vero quis hoc non posit fortuna, colligere licet scil.
inde facile, quia illa non corporis sed animi sint bona. Quod si,
ego audire tamen mihi videor sciscitantes nonnullos, qui fiat, quod non
omnes his potiantur bonis, sicque ad aeternam gloriam aspiret? Habeant
illi hoc sibi responsum: Vol. scil. ecce fieri, quia ab et mox mul-
ti non pareant, sed suis cupiditatibus ad inertiam et voluptates
corporis obsequantur pleniusque. Hi autem ubi per socordiam vires, tempus,
aetatem, ingenium, defluxisse vident, Naturae infirmitatem accusant,
suamque quam culpam in casum et fortunam transferunt. At,
neque Naturae infirmitas, neque vitae brevitas obstat, quominus
aeterni gloriam fiant, sed malarum rerum cupido, et bonarum ne-
glectus. Facile id ex principiis horum partibus, earumque Naturae
hic causarum diversitate, et bonorum distinctione liquet. Namque quum
homo compositus omnino sit ex corpore et anima, studia non corporis
alia, alia animi naturam sequuntur. Omnis magnae divitiae, ad hoc
vires corporis, et alia hujuscemodi omnia brevi dilabuntur. At ingenii egre-
gia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Postremo corporis
et fortunae bonorum ut initium, sic finis est: omniaque orta occi-
dunt et aucta senescunt. Animus incorruptus, aeternus, rector humani